

stris (Haller fil.); et præterea variationes satis notabiles, ex. gr. *Erigeron acre* var. *glabratum* (Zetterst. Res. 2. p. 129.) *Cheiranthus alpinus*, (Wahlenb. Fl. L.): quæ omnia majora aut vegetiora facta sunt, ob solum pinguidum abundantemque aquam et calorem haud mediocrem.

Quod si hæc plantis meridionalioribus acciderunt, non est mirandum, si plantæ in alpinæ aliquanto magis grandescant istiusmodi locis, quarum exempla jam supra commemorata sunt. Ut ex. gr. *Saxifraga Cotyledon* *a.* *Salices* in alpibus humiles, hic sæpe arborescentes et verbo omnes plantæ alpinæ in regione subalpina grandiores sunt. Huc certe pertinet *Erigeron alpinum*, quia in et sub rupibus plerumque crescere videtur.

§. 49.

Solum, quo nascuntur plantæ in duas commode dividi potest partes, quarum altera vegetationem constituit *terrestrem*, altera *aquatilem*. Differentia, quæ vegetationem terrestrem atque aquatilem intercedere videtur, consistit in eo, ut, cum terra sit solida, aqua autem fluida, illa plan-

jusmodi appendices sæpe luxuriosæ vegetationis indicium esse, aut pingvioris soli, quod ad radices alpium nimis sane.